1469 Padua

In xpi noie amen. Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono Indict. 2a die mercurii vige-
simo octavo mensis Junii extra terram plebis in contrata sancte Justine in domo habit. mei Zanperi
pelipary presentibus Antonio blanchino sartore filio q. ser Antonio filio
petri nuscopeli et dominico eius fratre omnibus habit. extra terram plebis in contrata sancte
Justine testibus habitis. Honesta dna golda relicta q. alegrini pelipary zanperius
eius filius et franciscus dicti zanperi filius et dicte done golde nepos habitat. extra
terram plebis in contrata sancte Justine omnes insimul et unus quisque ipsorum in solidum
et de per se obligando renunciantes beneficio nove constitutionis et epistole divi adriani
et omni alii suo iuri pro se et suos heredes dederunt tradiderunt et permutaverunt ad
proprium et iure proprii et in perpetuum sp. et egregio dno Joanfranc. de prolis q. mag. d.
nicolai patavino veneto presenti recipienti et permutanti pro se suisque heredibus ac vice
et noie fratrum suorum pro quibus de rato et rati habitione promisit unum sedime cum
Quarterio unius terre vel circa aut plus vel minus ad comodum et incomodum ipsorum
d. Joanis francisci et fratrum permutant. positum et situatum extra terram plebis in contrata
sancte Justine ex opposito domus habitat. ipsorum dne golde zanperi et francisci
permutantium cui coheret abuna parte sp. dns Joanes antonius guarino et abaliis
tribus partibus via comunis et forte alie sunt confines veriores Ad habendum tenen-
dum posidendum et quic quid dictis dno Joani francisco et fratribus de inceps placuerit
perpetuo faciendum cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel
alios si qui forent usque in via publica et cum omnibus et singulis que ipsa res permutata
habet supra se vel infra seu intra se in integrum omnique iure et actione usu et
et hoc nominatim pro campis quatuor terre arature plantate vitibus et arboribus
Quorum campi duo cum dimidio positi sunt in veneroto agris magni in regione de
i monini infra hos confines vz amane et meridie iura fratrum Jesu de padua
a sero et a nullora iura monasterii cruciferorum de veneciis pro parte et pro parte via comis
Alius vero campus cum dimidio positus est in villa rognane in regione dcta val longa infra
hos confines vz abuna parte dna Maria comarono abalia via comunis abalia parte
dictus d. Jofranciscus et fratres et abalia parte zanonus pagininus de rognana partim
et partim comissaria q. ser bertoi magnia de cugia et forte dictis campis terre alie
sunt confines veriores Quos campos quatuor terre contrahentes d. Jofranciscus pro se et suos
heredes ac nominibus quibus supra eodem modo ad proprium et iure proprii et in perpetuum
dedit tradidit permutavit ac in cambium designavit suprascriptis dne golde zanpero
et francisco omnibus presentibus pro se suisque heredibus recipientibus et permutantibus
Ad habendum tenendum posidendum omnemque suam voluntatem comodum et utilitatem ex eis
campis faciendum cum omnibus et singulis suis iuribus actionibus et pertinentibus absque
molestia et contradictione dictorum dominorum Joanis francisci et fratrum et cuiuscumque
alterius persone Quas res sicut permutatas partes ipse constituerunt possidere
donec utraque ipsorum de re ei permutata et altera data tenuta intraverit et corporalem
apprehenderit possessionem qua intrandi et retinendi auctoritatem propria una pars alteri
et e converso licentiam omnimodam contulerunt permutantes ipse partes ad invicem et vicissim
solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus pro se et suos heredes ac nominibus
quibus supra de re ei permutata et data alteri non inferre litem nec facere volenti
consentire sed unusquisque ipsorum partium rem ei permutatam legiptime deffendere auctorizare
et disbrigare ab omni homine persona comuni collegio et universitate omnibus suis
periculis et expensis Quam quidem permutationem dationem et omnia et singula in presenti
instrumento contenta annotata promisserunt vicissitudinaliter dicte partes nominibus
suis propriis et quibus supra perpetuo firma rata et grata ac firma rata et grata
habere tenere attendere adimplere et non contrafacere vel venire per se vel alios
aliqua ratione vel causa de iure vel de facto sub obligatione suorum bonorum omnium
mobilium et in mobilium presentium et futurorum



Ego Antonius filius q. sp. Joanis doctoris dni donaldi de leone civis
et habitator padue in quarterio domi et contrata sancti nicolai publicus et imperiali
auctoritate notarius ac notarius cancellarie comunis padue suprascriptum instrumentum rogatus
ex prothocollo instrumentorum magno q. ser Antonii bonnasuti notarii plebis sacci ad cartas
185 fideliter in hanc membranam exemplavi et ad laudem ... et insuper
me subscripsi signumque meum apposui consuetum in robore premissorum